



**Lvdovici Molinæ, E Societate Iesv Theologiæ Doctoris, &  
Professoris, Commentaria, In primam D. Thomæ partem**

**Molina, Luis de**

**Lugduni, 1622**

Articvlvs XI. & XII. De voluntate signi & quot signa sint diuinæ voluntatis.  
art. 11. & 12. disput. vnica.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73915](#)

apud inferos: iustos vero, qui reliquias peccatorum deferunt per soluedas ex hac vita, apud ignem purgantem. Ex Scripturis etiam constat, Deum in hac vita sepe punire peccata, quod non aliter esse potest, quam si velit peccatoribus mala poena, quibus eos punit. Cum autem maius sit bonum iustitiae, quod Deus ex punitione peccatorum intendit, quam sit natura bonum, quo priuat malum poena pro peccatis inflicta, utique intuitu illius maioris boni & quisimè, ac sanctissime vult malum poenam, quod priuat minori bono.

Dicitur an  
Deus præcep-  
tere queat,  
quod fieri  
nihil falso  
vult.

Quærit Durandus in 1. dist. 47. quæst. 3. vtrum Deus præcipere possit, quod neque conditionali, neque absoluta voluntate vult fieri. Pars que negat suaderi potest, quoniam cum præceptum sit voluntas signi, significare debet aliquam voluntatem, vel absolutam, vel conditionalem eiusdem obiecti, quæ formaliter sit in Deo.

Contra vero pars potest ex eo probari, quoniam præcepit Abraham immolationem Isaac, quam neque absoluta voluntate, neque conditionali volebat.

Breuitate tamen dicendum est posse præcipere id, quod, licet nulla voluntate velit esse, vult tamen ut, cui præceptum imponit, idem velit facere, vel saltem tenter facere, ut in præcepto Abrahæ impedito interuenit.

#### ARTICVLVS X.

Virum Deus habeat liberum arbitrium.

Liberum ar-  
bitrium esse  
formaliter  
in Deo.

**Q**ONCLVSIUS est. In Deo est libertas arbitrij, non quidem comparatione sua bonitatis, quam necessario diligit, atque vult esse, sed comparatione aliarum rerum, quas & velle, & non velle, aut etiam nolle potest, ut ex dictis artic. 3. & 4. est manifestum. Est vero in Deo libertas arbitrij non solum eminenter, sed etiam formaliter, seclusa tamen omni imperfectione arbitrij creati, nempe facultate ad peccandum, atque non solum mutabilitate, sed & vicissitudinis obumbratione, quæ ex imperfectione voluntatis create proficitur. Porro arbitrij libertas ita spectata, dominumque propriarum operationum, perfectio est simpliciter. Legito quæ articulis citatis, & quæst. 2. artic. 3. dicta sunt.

#### ARTICVLVS XI. & XII.

De voluntate signi, & quæ signa sunt  
diuine voluntatis.

#### DISPV TATIO VNICA.

Voluntas di-  
uina quæ  
signa.

**Q**UINQUE signa diuina voluntatis à Theologis traduntur, nempe præceptū, prohibitiō, consilium, operatio, & permisiō. Cum autem præceptum duobus modis summi possit, uno late, ut comprehendit prohibitionem præceptum negariat, altero vero prese, pro solo præcepto affirmatio: hoc loco sumitur posterior modo: unde præceptū & prohibitiō duo signa diuina voluntatis constituantur. Consilium vero sumitur, ut comprehendit tam affirmatiō, quale est illud: *Si vis perfectus esse, nade, vende qua habes, &c. quæ negatua, cuiusmodi est, non ducere vi-  
rem, caribene vitam ducere.*

Operatio est signum voluntatis Dei absolute,

A qua vult talen operationem esse, quando scilicet à Deo proficitur. Cùm enim Deus agat per voluntatem, eamque absolutam, qua hic, & nunc vult hoc vel illo modo agere, utique si à Deo aliqua sit operatio, illa est signum voluntatis absolute, qua in illam voluit eo modo influere. Operationes etiam causarum secundarum, quæ ab arbitrio creato non pendent, signa quoque sunt voluntatis absolute in Deo, qua eas esse voluit, eaque volitione, qua statuit ita mundum fabricare: tribuunturque Deo, ut earum auctori medianibus causis secundis. Illæ vero, quæ ab arbitrio creato pendent, si bona sint, signa sunt absoluta Dei voluntatis, qua non solum per concursum generale: aut etiam speciale, præterim si ad ordinem gratia spectent, voluit ad eas concurrens, sed etiā qua, præuidens pro libertate arbitrii creati ita fururas, eas, ut sibi gratas ac desideratas, absoluere voluit, ut artic. 6. disput. 1. explicatum est.

**S**i vero sint malæ moraliter, signa quidem sunt Deum tamquam causam omnium rerum universalem voluntate absolute voluisse in eas influere concursu generali, ut eadem disput. oftensum est. Ceterum eiusmodi operationes, si in particulari considerentur, ut effectus proprii sunt arbitrii creati, nulla ratione sunt signa, quod Deus illas esse velit, sed solum quod velit eas permittere.

Ut vero intelligatur quoniam pacto permisso signum constitutur diuina voluntatis comparatione eorum, quæ mala sunt, & potissimum culpe (alia namque mala ex intentione diuina esse possunt, atque adeo volita voluntate absolute, licet interdum solum ab eo permissa) obseruandum est, cum id permettere quis datur, quod præuides aut certe, si res perfectè non cognoscari, timens, vel timere debens, esse futurum, non impedit, cum possit, ad permissionem tria esse necessaria. Primum est, ut præuideatur futurum. Secundum, ut possit impediri. Tertium, ut non impediatur. Atque in hoc tertio possit illis aliis duobus, sita est ratio permissionis. Obseruandum deinde, nos quidem duobus modis posse aliquid permettere. Vno, eliciendo actum voluntatis, quo nolumus impedire, quod possumus. Altero nullum elicendo actum, vel quia non aduerterimus, cum aduertere possumus: vel quia contineamus actum. Eiusmodi autem permissionis, licet non sit à nobis volita formaliter, est tamen voluntaria, quatenus in potestate nostra est id impidiere, quod non impeditus, potestque alici interpretari, aut etiam imputatiæ volita, si id impidiere tenemus, ut 1. 2. q. 6. explicatum est. Deus autem quicquid permittit, actu voluntatis videtur velle permettere. Tum quia in eo est perfecta scientia omnium, quæ futura sunt, nisi ipse ea impediatur: neque est, cur continet determinationem, tuæ voluntatis in permittendis iis, quæ voluntariæ est permitturus, quin potius ad perfectam ipsius prouidentiam spectare videtur id statuere. Tum etiam, quia ex æternitate habet scientiam liberae futurorum omnium contingentium, quæ ex voluntariis ipsius permissionibus futura sunt: neque id aliter videtur posse cognoscere, quam in determinatione libera sua voluntatis, quæ ea statuit permittere. Ex his patet, quæcumque permissionem mali moraliter, aut cuiuslibet alterius, quod Deus solum permittat, non tamen intendere, aut velle dicatur, signum esse voluntatis diuina, quæ id ex æternitate constituit ita permittere.

**P**osse nos voluntariæ ali-  
quid permit-  
tere dupli-  
citer.

**D**eus actu  
voluntatis res  
permittit.

**H**ac signa  
metaphorice  
appellantur  
voluntas di-  
uina.

Quod eiusmodi quinque externa signa voluntatis diuina non propriæ, sed metaphorice voluntas Dei dicantur, eo modo quo testamentum voluntas diuina,

testatoris tamquam signum illius dicitur, nulli potest esse dubium. Vtrum verò hæc omnia signa semper significent volitionem, aut non volitionem, quia propriè & formaliter sit in Deo: an verò tria priora, quando quod Deus præcipit, prohibet, aut consulet, non impletur, solum metaphoricè dicantur signa voluntatis diuinæ, quasi in Deo nulla sit volitio formaliter eorum, quæ ita præcipit aut consulet, sed solum in præcipiendo & consulendo se habeat ad modum volentis, multi, ut artic. 6. disput. i. retulimus, affirmant: idque redolet D. Thomas hoc loco artic. ii. maximè in responsione ad vltimum. Contrarium nos ostendimus disputatione citata, nempe esse vera signa voluntatis conditionalis, quæ formaliter est in Deo, quæ vult talia fieri, si ipsi etiam homines per suum liberum arbitrium eadem velint. Poterit tamen quis forte interpretari D. Thomam, ut solum velit non esse signa voluntatis absolute, quæ formaliter sit in Deo: non verò negare esse signa voluntatis conditionalis.

A dum quæstione præcedente artic. 6. dictum est. Atque adeò actum peccati, quoad esse in particulari quod habet à libero arbitrio operante contra legem suam, ac proinde operante non id, ad quod operandum à Deo collatum est, non diligit. Probatur ergo prior pars conclusionis, quia diligere est velle bonum: Deus autem omnibus, quæ ab ipso sunt, vult cum minimum bonum ipsum existentia, estque saltem uniuersalis causa illius per suam voluntatem, ut quæstione præcedente ostensum est: ergo Deus diligit omnia quæ sunt. Posterior verò pars conclusionis probatur: quoniam nostra voluntas mouetur à bonitate rerum, ac proinde amor nostrus efficitur tamquam à parte causa à bonitate rerum cognita, amor verò diuinus est causa bonitatis rerum. Hoc loco illud animaduerte, licet velle bonum alicui, sit diligere illud: attamen, ut 2.2.q.27. artic. 2. dicebamus, diligere ac amare aliquam rem latius patet: affici namque voluntate ad aliquid, est etiam illud diligere: non tamen est velle eidem bonum.

*Amor nostrus ex parte voluntatis à rebus: amor Dei est causa beatitudinis rerum.*

B tas mouetur à bonitate rerum, ac proinde amor nostrus efficitur tamquam à parte causa à bonitate rerum cognita, amor verò diuinus est causa bonitatis rerum. Hoc loco illud animaduerte, licet velle bo-

C num alicui, sit diligere illud: attamen, ut 2.2.q.27. artic. 2. dicebamus, diligere ac amare aliquam rem latius patet: affici namque voluntate ad aliquid, est etiam illud diligere: non tamen est velle ei-

D dem bonum.

Circa responsonem ad tertium animaduerendum est. Amorem distinguunt in amorem amicitiae, seu potius benevolentie, & in amorem concupiscentiae. Amor benevolentie est, quo nobis, aut alteri volumus aliquid bonum. Amor verò concupiscentiae est, quo volumus tale bonum. Itaque vnuus & idem amor, ut terminatur ad rem quam nobis aut alteri volumus, appellatur amor concupiscentiae, ut verò terminatur ad nos, aut alterum, cui illud volumus, dicitur amor benevolentie. Dicitur etiā amor amicitiae, sed tunc propriè, quando est ad alterum, qui redamare potest, atque adeò qui intellexit & voluntate prædictus est. Amicitia namque propriè est inter duos, positivè est in mutuo amore & communicatione, ut 2.2.q.24.art. 1. latè explicauimus. Amor ergo, quo Deus diligit creaturas intellectu minimè prædictas, si spectetur quatenus per eum vult, ut habeat bonitas ac perfectiones, quas illis communicat, dieunt Ferrarensis 1. contra gentes, cap. 91. Scotus, Durandus, Gabriel, & alij in 3. dist. 32. non esse quidem amorem concupiscentiae, sed esse amorem, non propriè amicitiae, sed quasi amicitiae. Possimus tamen illum appellare amorem benevolentie, quo illis ea bona, ac perfectiones vult: si verò spectetur quatenus vult creaturas illas, esse ita perfectas in vnum hominum, similiq[ue] in gloriam suam, ad manifestationem scilicet suæ sapientiae, bonitatis, & potentiae, est amor concupiscentiae, quo eas sibi, & nobis ita vult esse. Damnatos licet non diligit Deus amore amicitiae, diligit tamē amorem benevolentie, & concupiscentiae, perinde atque res intellectu carentes, quo ad ipsorum esse naturale.

*Amor benevolentie, & concupiscentiae.*

*amicitia & concupiscentia.*

*ta quid.*

## QVÆSTIO XX.

De amore Dei.

### ARTICVLVS I.

*Vnum in Deo sit amor.*

*Amor, ergo n*  
*dum sunt in*  
*Deo, odium*  
*videtur de*  
*testatoris rela*  
*quæ vero, af*  
*ficiunt nō nisi*  
*metaphorice.*

**A**c, & sequenti quæstione differunt D. Thomas de iis, quæ ad actum diuina voluntatis spectant. Conclusio huius articuli hæc est, In Deo est amor. Quæ conclusio est de fide, ut constat ex illo 1. Ioann. 4. Deus caritas est. Et ex illo Sapient. 2. *Diligis omnia que sunt.* Probatur verò à D. Thoma, quoniam in Deo est voluntas pro actu voluntatis, ut quæstione præcedente vnum est: sed primus actus voluntatis, sicut erant primus actus appetitus sentientis, est amor, qui necessariò antecedit ceteros, ut optimè ostendit D. Thomas: ergo in Deo est amor.

Ex actibus & affectibus, quos 1.2.q.23. connumerat, solos tres tribuit Deo, nō ut sunt cum transmutatione aliqua, quo pacto passiones dicuntur, atque ad appetitum sentientem pertinent, sed ut sunt actus voluntatis, neque amorem, & gaudium circa bonum, odium vero scilicet detestationem circa malum, reliquos autem egregie docet in responsionibus argumentorum imperfectionem habere annexam, & idcirco Deo non, nisi metaphorice, tribui posse.

### ARTICVLVS II.

*Vnum Deus omnia amet.*

*Deus gaste*  
*nre, diligit*  
*omnia.*

**C**ONCLUSIO est. Deus diligit omnia, quæ aliquando sunt aliter tamen ac homo. Prior pars est de fide, ut patet ex illo Sapient. 2. *Diligis omnia que sunt, & nō nisi nisi omnia que fecisti.* Intelligentum verò est, Dicunt diligere omnia, quæ sunt, quatenus ab eo ea intendentur sunt proximè vel remotè. Unde actum peccati diligit quodam entitatem ipsam, quatenus influere vult concordia generali, ut id sit, quod arbitrium creaturæ pro sua libertate efficere voluit, quodque præuidet futurum esse actum peccati: mallet tamen ut numquam efficeretur, quemadmo-

F **V**ÆSTIO hæc facilis est. Ex parte enim actus, quo Deus res diligit, omnia aequaliter diligit: quippe cum unus & idem ac simplicissimum sit comparatione omnium. Ex parte verò boni, quod eo actu vult rebus, quas diligit, non omnia diligit aequaliter, sed meliora magis diligit. Vrae pars conclusionis perspicua est, & certa.

*Dicunt quod amare diligit omnia Deus.*

### ARTICVLVS III.

*Vnum Deus aequaliter diligit omnia.*